



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Iacobus Antonius Giannonius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

stimente absumpti sunt ; adeo  
ut nemo iam eorum qui ne-  
cis autores fuerant superes-  
set. Corpus tandem hono-  
rificè translatum est.

P. Iacobus Antonius Gianno-  
nius.

Illibatæ virginitatis ad  
mortem usque fidelis custos  
præclara illius documenta  
præbuit contra eos à quibus  
tētabatur. Literis è Iaponia  
lectis mortis cruentæ pro  
fide oppetendæ desiderio  
accensus, ut eò eâ de causâ  
proficisci posset, Societa-  
tem petijt : atque illâ impe-  
tratâ brevi Goam, & Macaũ,  
denique in Iaponiam, appul-  
sus est. Literæ illius plenæ  
erant desiderio, ut in mille  
frusta discerperetur. aiebat  
autem ; se martyrium non  
desiderio tantum, sed spe  
quo.

Italus.

Xamaba-  
ra.

21. Aug.

1633.

ætat. 56.

Soc. 37.

Vocatio.

*Fides.*

quoque complecti. Ab apparitoribus, post felices istic ab anno 1609. labores, & cauernas clam habitatas, tētus, vincētus, circumductus, præcone præeunte, proborum plenus, at lætus 25. Augusti foueæ suspendio addictus, è pedibus pependit; vsq; dum 28. Aug. optato agone cursum consummauit.

*Ioannes Guindora,*  
*seu Kidera Coad.*

*Iapon.*  
*Kamaba-*  
*ra.*  
*20. Aug.*  
*1633.*

*Fides.*

Cum P. Iacobo Antonio Giannonio longis carceris incommodis maceratus, ferro in manibus pedibusque onustus, præcone præeunte, asino insidere iussus, & circumuectus, post ludibria in foueam capite prono suspensus, hodie demum legitime certandi ac viuendi finem fecit fortiter moriendo.

*P. Brian-*